P. Tomicius Episcopus Cracovie. Vicecancellarius
Stephano Broderics Episcop. Sirmien.

79

Rme in Christo Pater, et Domine Frater Charissime et honor.

Cum hic postremo Mag. Dominus Hieronymus de Lasko Vojevoda Transsilvanie, et Palatinus Siradensis fuisset, declaravit Mti Regie, certos modos et conditiones quibus tractationem future concordie et pacis, adornare cogitat, de quibus cum Mti sue omnis modis satisfaciat, et probetur, vult in illo omnem, curam et diligentiam, suam impendere, confiditq facile effici posse, ut aliquando isti perniciose dissensioni optatus finis, imponatur. Modo Principes utriusq partis se prebere faciles, et mandata sua cum plena, facultate et non limitata potestate Consiliariis et Oratoribus dare velit.

Ego autem quantum in me erit, totis etiam viribus apud Suam ejus Mtem, enitar, et elaborabo ne ulli occasioni rei bene transigende, deesse digner.

Ceter a Dominatione Vra Rma, plurimum rogo, velit Nomine meo declarare Rmo Domino Joanni Statilio Episcopo Transsilvan. excitatos,

hic

hi quosdam esse sermones, quod sua Rma Domi natio debere alicubi, palam vel secreto, Nomen et existimationem, Nationis Polonae indignoribus quam aequm esset, et honestas pateretur, verbis ele vasse,

Quae res plurimum hic male audit, et Nomen Do minationi suae, in odium et invidiam multorum adducit, unde etiam non mediocrem, capio Causa Dominae suae Rmae molestiam, cum illius personam, apud omnes homines caram et acceptam esse optarem. Quare id putaverim esse officiis Dnis Vrae Rmae ut illum amanter de his admoneret et simul illi per suaderet, et suo et meo Nomine, nequidpiam ejusmodi in animum sibi induceat, quo statum hominum tam ampli Regni ledere et adversum, se illorum odium pro vocare posset. Si vero innocens ejus delationis esset ad me vel aliquem pro defensione, suas aliquas ra tiones perscriberet, quibus, ego purgare, innocentiam ejus Dnis Rmae. possim facturus, cum sum pro ho nore Do. suae Rmae, quae vel a Fratre illius fieri nire deberem,

Commendo me amori et benevolentiae fraternae Dominationi Vrae. Rmae, quam cupio esse semper felicem et diu recte salvam, ac incolumem.

Cracoviae Octobris Anno Domini 1532.

S